



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 156. Congregationes coram Paulo V. habitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

§. CLVI.

Sæc. XVII.
A. C. 1605.

*Congregationes coram Paulo V.
habita.*

Erudita hac oratione permotus Pontifex controversiam ex Censuram iudicio definire statuit, calcar quoque jam pronæ voluntati addidit F. Anselmus Mazartus Cardinalis Monopolitanus Vir probatissimæ Virtutis ac intrepidæ libertatis, qui die tertia Augusti Pontificem accedens æternum ei iudicium interminatus est, nisi controversiam, prout iuramenti Religione ante suam electionem cavisset, haud cunctanter Apostolica definitione dirimeret. Igitur Paulus V. nulla mora Lemosium accersiri iubet, dato eidem negotio, ut quæstiones a Clemente VIII. disputatas intra sex dies in certas redigeret propositiones, quas rite discussas vel damnare vel definire opus esset. Paruit iussis lubenti animo Lemosius, ac præstituta die damnandas triginta tres, definiendas vero propositiones numero viginti duas obtulit: Mox autem Jesuitæ de hoc Pontificis proposito certiores facti, & omne studium impenderunt, ne summus Pontifex eosdem Censores, qui sub Clemente VIII. Molinæ propositiones tanta severitate per-

Hist. Congr.
l. 4. c. 6.
Livinus Major Hist.
Controv. l. 6.
c. 1. p. 551.

R r 5

strinxerunt.

Sæc. XVII. strinxerant, ad iteratum hoc exame
 A. C. 1605. assumeret; eam ob rem Pater Ferdin
 nandus Bastida nomine totius Societa
 tis libellum supplicem Paulo V. obtulit,
 quo rationes, ob quas judicia Consi
 ltorum hæctenus lata aut ferenda eidem
 Pontifici merito in causa Molinæ
 spectata esse deberent, proposuit. Eius
 igitur hujus libelli tenor sequens; *U*
constet Sanctitati vestræ de cæquitate, qua
Societas petit, ut causa de Auxiliis non
Censoribus, quibus hæctenus commissa est, de
inceps committatur, supplico Sanctitati
stræ, ut dignetur jubere sibi informationem
exhiberi de sequentibus capitibus. I. An ve
rum sit, primam eorum censuram de hoc libro
latam esse, nullo pro Molina audito. II. An
verum sit, quod hi Censores in hoc libro
ginta & amplius capita invenerint cen
da. III. An spatium trium Mensium & postea
amplius ea omnia fuerint conclusa & deter
minata. IV. An integram censuram
unus dederit, qui nunquam aut præfuit Theo
logiæ Scholasticæ Cathedræ, & an in His
pania inhabilis sit ad negotia Inquisitionis
pertractanda, imo secundum jus commune
neque testis quidem in causa civili esse possit
fit (). V. An verum sit, Molinæ attri*

(*) Hic suggillatur Franciscus Pegna Sacre
 Rotæ Romanæ Decanus, qui Societatis In
 vidium

propositiones erroneas, quas nunquam pro- Sæc. XVII.
tulit. VI. An qualificentur propositiones A. C. 1605.
passim a Theologis receptæ. VII. An ut
propositio qualificetur ut Pelagiana, quam
ut veram, tres Universitates defendunt, &
oppositam censent ut Calvinianam plures a-
liæ. VIII. An qualificentur propositiones,
de quibus Dominicani in Molinæ accusatio-
ne nullam Sanctitati vestræ mentionem fece-
runt. IX. An postquam Clemens VIII. in-
cepit audire Jesuitas, de alio actum non
fuerit, quam an hæc censura bene facta sit,
necne? X. An in modo hanc causam tra-
ctandi cum Jesuitis tanta egerint infideli-
tate, ut coegerint Sanctitatem vestram tam
sensibiliter demonstrare, quam id ægre fer-
ret, ut fama fuerit, id mortis causam fuisse
Episcopo Cariatensi Præsidi. XI. An ve-
rum sit, nos sæpius recusasse hos censors,
& coram Sanctitate sua protestatos fuisse,
non haberi eos a nobis Judices sufficientes in-
fructos a scientia & ab indifferentia in ne-
gotio tam gravi, sed existimari magis sol-
licitos, ut prima sua judicia tueantur, ma-
gisque partium studio addictos quam ipsos
Dominicanos. XII. An Clemens Papa no-
bis sæpius asseveraverit, nunquam illos fore
Judi-

vidiam in se concitaverat, eoquod, cum es-
set Rotæ Romanæ Auditor, sese D. Ignatii
Canonisationi opposuisset. Vid. supra Lib.
CLXXXVI. §. CXXIV. pag. 524.

Sæc. XVII. *Judices in hac causa, aut ipsum ex illorum*
A C. 1605. sententia decisurum. Horum capitum

quæ tamen defuncti Pontificis honorem
 petebant, veritatem se demonstratum
 obtulit *Bastida*: Verum Paulus V. ni-
 lam hujus libelli rationem habuisse
 datur, cum cunctos, qui sub Clemente
 VIII. sua judicia tulerunt, confirma-
 rit, eosque ad sextum hoc examen de-
 nuo assumpserit, adjunctis duntaxat
 quatuor Cardinalibus, Petro Aldobro-
 dino, Bellarmino, Laurentio Blan-
 chetto, & Antonio Zapata: unde
 horum censorum integritas est indi-
 cata, aut pariter Paulus V. de partium
 studio accusandus.

§. CLVII.

*Prima & secunda Congregatio in
 ram summo Pontifice habita.*

Pegna in
Diario Le-
mos. tom. I.
tract. 2. de
error. Pel.
cap. 3.
P. Livin. l. 6.
cap. 2. & seq.

Cum Pontifex explorato per quatuor
 ferme menses Doctorum consilio
 hucusque actitata unius Molinæ librum
 spectasse intelligeret, de ipsius quoque
 gratiæ efficacis natura & physicis præ-
 determinationibus seriam concertatio-
 nem indicere statuit, eamque non
 in Cardinalis cujusdam Palatio, sed
 in Vaticana aula coram se haberi vo-
 luit, id Bernerio & Avila Cardinali-
 bus impense flagitantibus: Displicuit
 autem